

PRÆSIDE CLARISSIMO VIRO DOMINO
IOANNE BOSCIO, DOCTORE MEDICINÆ, AC EIVSDEM FACVL-
tatis Decano, has de humoribus & cæt: propositiones Medicas subsequentes defendere prouirili
conabitur Petrus Stromair Straubingenfis.



I.
VMOREM definire admodum difficile putamus: ipsum tamen definimus substantiā esse fluidam.

II.

Eiusmodi humores duodecim statuimus, neq; plures: ac nullum inter eos inutilem esse, uerum quemlibet suum habere vsum.

III.

Chylus atq; chymus reliquorum humorum, nec tamen omnium sunt rudimentum.

IV.

Sanguinem neq; calidum neq; frigidum, neq; humidum neq; siccum asserimus, & proximam alimentarij humoris materiam. Proinde sanguinis copia benè habitum atq; validum corpus reddit: ac sanguinei plausibili colore reprædicti sunt, atq; hilares, nec non mediocris indolis.

V.

Serum est sanguinis vehiculum, quo is per vniuersum rapitur corpus.

VI.

Pituita frigida est atq; humida, & fami & siti adeò consultit, vt absq; cibo & potu in annos innumerabiles prorogari vita queat. Haud tamen negamus ignauos atq; pallidos existere pituitulos.

VII.

Flaua bilis calida & sicca, omnes facultates excitat, agilitatem præbet, ac ingenij dexteritatē. Neq; mouet nos quod famelicos reddat & siticulosos, ruffos & leues mente.

VIII.

Bilis atra frigida & sicca, opitulatur concoctioni, nutrit, plurimumq; facit ad sapientiam: nec temerè Philosophus dixit: Omnes sapientes melancholicos.

IX.

Sanguis, Pituita, vtraq; bilis, elementa nominantur.

X.

Illud crystalliforme (si hoc modo vertere liceat) quod in aeni medio est (tametsi ab aliquibus Neotericiis crystallinus appelletur humor) nequaquam huc admittimus, vt non in aliquod prolabamur absurdum.

XI.

hoc est humor aqueus oculi, quem albumineū seu albugineum quoq; nonnulli, & Græci (ac si dicas ouiforme) vocant, nobis videtur factus à natura, partim ut crystalloides illud assiduè foueret, partim quo ipsum minus lacerent incidentes rerum visarum species. Non (quemadmodum vult Theophilus) vt materia foret lachrymarum.

XII.

Oculi humor vitriformis (ita enim sonat) non solum crystalloideos veluti pala est, qua sustinetur, verum etiam nutrimentum.

XIII.

Elementaris humor partium corporis substantiam terream coagmentat.

XIV.

Humor naturalis pabulum est naturalis caloris.

XV.

Alimentarius humor, qui vulgo cambium dicitur, omnium corporis partium est restaurator.

XVI.

Tres posteriores humores quidam secundarios nuncupant, quum tamen soli ultimo hoc nomenuere conueniat.

APPENDICES.

I.

Optimus potus est aqua.

II.

Argentum viuum, quod Græcis dicitur, id est, aqua argentea, intra corpus sumi non debet.

P AR ER GA.

I.

Opusculum D. Boscij de peste nuper editum recte conscriptum esse, tueri contra Zoilos quosdam satagemus.

II.

Qui medicè viuit fœlicissime viuit.

Ingolstadij excudebant Alexander & Samuel Yueissenhornij.

Publica haec disputatio futura est proxima die Veneris hora septima in Scholis Canonistarum.

Wiederholung der ersten Strophe mit dem Unterschiede,

daß die zweite Zeile nicht mehr auf den ersten folgt.

Die zweite Strophe ist wiederholung der ersten.

Die dritte Strophe ist wiederholung der zweiten.

Die vierte Strophe ist wiederholung der dritten.

Die fünfte Strophe ist wiederholung der vierten.

Die sechste Strophe ist wiederholung der fünften.

Die siebte Strophe ist wiederholung der sechsten.

Die achte Strophe ist wiederholung der siebten.

Die neunte Strophe ist wiederholung der achten.

Die zehnte Strophe ist wiederholung der neunten.

Die elfte Strophe ist wiederholung der zehnten.

Die zwölfte Strophe ist wiederholung der elften.

Die dreizehnte Strophe ist wiederholung der zwölften.

Die vierzehnte Strophe ist wiederholung der dreizehnten.

Die fünfzehnte Strophe ist wiederholung der vierzehnten.

Die sechzehnte Strophe ist wiederholung der fünfzehnten.

Die siebzehnte Strophe ist wiederholung der sechzehnten.

Die achtzehnte Strophe ist wiederholung der siebzehnten.

Die neunzehnte Strophe ist wiederholung der achtzehnten.

BURGAY

AL

Wiederholung der ersten Strophe mit dem Unterschiede,

daß die zweite Zeile nicht mehr auf den ersten folgt.